



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Canisius B. Ignatij Exercitia plurimi facit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*In Poloniam
à Pontifice
missus.*

*Comes addi-
tur ei Theo-
doricus Ani-
sterdamen-
sis.*

*Canisius beati
Ignatij exer-
citia plurimi
facit.*

Apparabatur in Polonia Regni conciliū
Petricouia, in quo & causa religionis tractan-
dum ferebatur. Ad id Concilij Cardinalem Pisanum
destinare Pontifex cogitabat, sed interim Nuntium
premissit Camillum Mentuatū patriā Ple-
centinum Satriani Episcopum, eiq; duos è Socie-
tate Theologos, & Canisium nominatim adiu-
xit. Ipsi comes additus à Lainio Theodoricus Ge-
rardi Amsterodamensis, quem in florentissimū
Romani Collegij iuuentute, siue pietate, siue in-
genio, siue doctrina, siue quibusuis aliis huma-
nis, diuinisq; ornamentis, consentiens omnium
opinio ferebat principem. Itaq; summo in amo-
re omnibus, summa in expectatione erat; paulo
que ante insignibus Theologi Doctoris acceptū
nunc primum in lucem, solemq; prodibat. Cum
hoc tanto comite profectus ab Vrbe Canisius, e-
itinere Prouinciam suam reuifit. In Collegio pri-
mum Ingolstadiano secunda omnia reperit. Be-
grediè, quod caput est, procedebat domi pietatis
cuius instaurandæ gratia, & multi ante eius ad-
uentum ad exercitia spiritus recesserāt, & postea
ceteri, per vices recessere. Hoc enim optabat ille,
&, quoad consequi poterat, efficiebat, vt semper
domi

domi essent sociorum nonnulli, qui sancta illa palæstra exercerentur: cum diceret, quemadmodum B. Pater per eas Meditationes proprium Societatis ingenium, ac spiritum hauserat; ita fore, ut eius filiis, si accuratè exquirerent, per eadē subsidia sensus, ac vigor idem impertiretur. Viennā deinde progressus, ac Pragam, ibi quoque quantum licebat in obrutis prope Hæreticorum coluuię ciuitatibus, prosperum rerum cursum inuenit. Ferdinandus Cæsar nunquam eum amantius, humaniusq; accepit. Ter familiariter, ac prolixè de arcanis conscientię suę consuluit: literas etiam ad Sigismundum Regem, ac filiam suam, coniugem eius Reginam Poloniae in Societatis commēdationem vltro promisit. Ceterum, quoniam in congressu vltimo denuntiauit in conuētu, quem sub insequentis anni exortum habiturus erat Augustæ, eius opera vti velle: eamque obrem ex Polonia reuocaturum in tempore; & ad ea nihil ipse subiecit, quod nosset Lainij mentem esse, ut Polonica expeditione perfunctus ad Ferdinandi nutum labores suos accōmodaret; postquam domum retulit se se, incessit animum religio, quod non disertè esset testatus Pontificis se adstri-

ad T. m. m. m. m.
N. m. m. m. m.
m. m. m. m.

Insignis eius
obedientia.

ad T. m. m. m. m.
N. m. m. m. m.
m. m. m. m.